

Lib. 1. Cap. 27. numer. 91. & apud P. Quintanam Tomo 2. Tract. 6. Cap. 14. num. 11. quando iudicio Confessarii debent abstinere, vt ex illius tenore constat apud Synodum Dioccesanam Limensem An 1614. Lib. 5. Titulo 2. Cap. 7. Christi fidelibus recemer ad fidem conuersis Indiarum Occidentalium, qui Confessarium iudicio ab Eucharistia Sacramento accipiendo tunc temporis abstinere debere videbuntur. Quae sunt verba Pontificis, cuius concessionem Vrbanus Octauus confirmauit die 13. Martij. Anni 1634. cuius authenticum trasumptum apud me habeo. Non est ergo absoluta concessio, vnde ad priorem pro omnimoda recurrendum.

De Altari portatili.

226 QVae circa illud in Indiis concessa sunt, ad Eucharistia Sacramentum constat pertinere, & Intorum posse priuilegia dici, quantum eorum Ministris pro ipsorum bono, & accessorie pro aliis ibidem degentibus conceduntur. Dicendum ergo de illis aliquid, fusiori omiffa de materia ista tractatione, de qua post alios P. Pellizarius Tomo 2. Tract. 8. Cap. 2. & habet quidem Societas perpetuum priuilegium circa illud in Missionibus, de quo in Compendio generali. verb. Altare. Et in eo communicationem habere Religiosos, qui priuilegium habent generalis communicationis, aduertunt P. Fagundez circa primum Praeceptum Ecclesiae Lib. 3. Cap. 13. num. 17. P. Pellizarius supra numer. 86. P. Quintanad. Tomo 2. Tract. 6. Singulari 10. n. 7. Pasqualigus Tomo 1. Decisione 53. num. 2. & alij. Sed certe non aliter comunicatur, nisi illi Missiones more Societatis frequentauerint: non enim Societati absolute conceditur, sed eiusdem Missionariis, & ita neque Religiosi eius possunt ex vi praedictae concessionis talem vsum habere, nisi dum versentur in Missionibus, & ita exercitium tale pro conditione assignatur, qua deficiente nequit locum habere, vt est constans doctrina, de qua num. 211. & videri potest P. Paulus Tomo 1. Tract. 3. Disputat. 4. Puncto 2. 5. 11. P. Quintanad. supra Singulari 4. numer. 9. & alij passim. Vnde communicationem dictam aliter non licere obseruat P. Pellizarius supra post P. Fagundez loco citato. Et nihil videtur penitus exploratum. Quod est etiam iuxta mentem P. Suarez Tomo 3. in 3. p. Disput. 81. Sect. 3. in fine, vbi ait in Altari praedicto Missionum non posse Sacerdotes alios, etiam Missionum locos, celebrare. Bene verum est de Religiosis in speciali non loqui: vnde P. Arriaga Tomo 7. Disput. 54. numer. 28. non retulit fideliter verba P. Suarez, dum ait quod iuxta eum, si cum nostris Missionariis sint, alij Religiosi non possunt in Altari celebrare. Probat ille sententiam nostram dum non reuocet, sed locum aut in Auctore non legit, aut cursum profecto.

Vsum priuilegij ab Ordinariis aut aliis non posse prohiberi.

Priuilegij Societatis circa Altare.

Commune alius Religiosis sed si Missionariis, & non aliter.

prohibere possent, non esset opus Concilij derogatione, quandoquidem non plus possunt ea posita, quam si adhibita non fuisset: & ita notant docti Scriptores. Neque Delegati alij id possunt facere: & Commissarius Cruciatæ non licere, ex ipsius Bullæ tenore colligitur: in quo cum prohibeatur vsus quarumcumque gratiarum & facultatum, quæ cõtrariæ censi possunt illæ excipiuntur, quæ Prælati Religionum Mendicantium erga suos Fratres concessæ inueniuntur: & talem hanc esse satis perspicuum habetur: à Pontifice enim conceditur Superioribus, vt eam iis, quos ad Missiones destinant, concedere queant. Quod quidem Commissarij dicti oportet aduertant, ex inaduertentiâ enim metas aliquando Commissionis sibi traditæ transgrediuntur, & magnum illud Missionum bonum in tempestiuis contradictionibus impeditur. Videant tamen Religiosi ne limites concessionis transiliant, & missi ad alia, Missionem Apostolici instituti præendant, vt priuilegio potiantur: quandoquidem Pontifex ad licitum illius vsum exigat, vt à Superioribus missi, in eo Apostolico munere, & non aliter occupentur. Quia verò in Compendio, vbi priuilegium dictum ponitur, nulla subiicitur Adnotatione, omnibus forsitan censebitur esse concessum, iuxta ea, quæ in Praefatione habentur. Eo ergo ipso quod quis ad Missionem missus tendat, vti Altari portatili poterit, iuxta formam concessionis. Sed certe non est ita: limitatio enim in ipso textu continetur, seu tenore concessionis, vbi iudicium circa hoc Superioris exigitur: vnde sine discrimine omnibus illud concedi contra mentem Pontificis est. Quia verò concessio, quæ habetur in Compendio Indico, limitationem in textu non habet, in Adnotatione statim adhibetur.

228 Sed cum concessionis alia ampliora sint, de quibus P. Quintana citato Singulari 10. & P. Pellizarius citato etiam numer. 86. & qui ante eos scriperunt, Fr. Emmanuel Tomo 1. 99. regular. quest. 43. artic. 4. & Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus citatis fol. 165. & seqq. poterunt illis Religiosi vti, adhibita prudenti moderatione. Præter concessionem autem à præfatis Auctoribus adductas, est alia Leonis X. pro Religione Sancti Iacobi, vt possint habere Altare portatile cum debita reuerentia & honestate in locis apris & decentibus, in quo Missam dicere valeant, & diuina officia sine preiudicio alicui iuris celebrare. Iussa est imprimi in Comitibus Ordinis Matriti habitis, ante paucos annos. Alia item, in qua Pius IV. Religioni S. Ioannis Melitenis varia priuilegia concedit, & in iis vsum Altaris portatilis: quæ quidem ad Religiones alias beneficio communicationis extenditur: vnde extra Missiones talis vsum licebit, neque eum poterunt Ordinarij aut Delegati prohibere. Quod quidem eatenus accipiendum si priuilegij talis authentica copia exhibeatur, qualem apud me habui, vno ex Religiosis Ordinis commodante: cuius & mentionem facit Barboſa de Potestate Episcopi Allegat. 4. n. 65. vbi ex eadem verba proponit: & in quibusvis tam secularium, quam Regularium Ecclesiis, absque alicuius licentia, etiam Altari portatili, celebrare possunt. Vbi licet concessio tantum videatur pro Altari portatili, in Ecclesiis; non est tamen talis intelligentia

Neque à Commissariis Cruciatæ.

Missio qualis fuerit.

Non omnibus indif. criminatim conceditur.

Ampliora alia priuilegia.

Ordinis S. Iacobi Leonis X.

S. Ioannis Melitenis. Pij IV.

Illius explicatio.

tia vltatenus verosimilis: nam ad celebrandum in Ecclesiis in altari portatili non est opus priuilegio, sine illis enim licet: tum quia in Ecclesiis altaria fixa sunt, & ita pro illis priuilegium esset ferè superuacaneum. Quia verò opponi possent illud esse per Concilium Tridentinum reuocatum; cõcessum enim est die 24. Martij Anni 1561. cum tamen Concilium confirmatum fuerit ab eodem Pontifice die 26. Ianuarij Ann. 1263. Responsio est obuia: nam dicta Bulla confirmata est à Pio V. Greg. XIII. Sixto V. Greg. XIV. & Clemente VIII. Sed aliunde suboritur difficultas: quia Concilio Tridentino non derogatur, nisi de illo expressa mentio habeatur, qualis in præfata Bulla non videtur reperiri. Sic affirmant Doctores, quos adducunt Bonacina Tomo 2. Disput. 1. de legibus Quest. 3. Puncto 8. 5. 3. num. 13. Portel Tomo 2. Casu 92. num. 5. & P. Pellizarius supra Cap. 1. numer. 98. quos & ipsi sequuntur. Ad quod dici potest, etiam talis mentio non sit, constare tamen de mente Pontificis, quod esse sufficiens affirmant Scriptores, quos adducit P. Thomas Sancius Lib. 3. de Matrimonio, Disput. 26. num. 7. & tradiderat Portel sui immemor Casu 4. n. 6. quod autem constat, ex eo ostenditur, quia aliud priuilegium esset inutile: cum enim Concilium Tridentinum celebrare extra Ecclesias vetet; si concessio priuilegio ad celebrandum extra illas, stat eadem prohibitio, priuilegio certè nihil conceditur, vnde & est inutile: cum tamen priuilegium aliquid debeat concedere, vt expressè decernit Cap. in his que, de priuilegijs, quod in materia præfata procedit, scilicet in altari viatico. Cum ergo voluntas Pontificis sit Iuri conformis, & concessionem suam nolit esse superuacua, Concilio Tridentino intelligendum est manifestè derogasse. Quibus addi potest id, quod de mentione Tridentini dicitur, non esse certum, sed contrarium valde probabile, quod Concilio generalium Constitutiones non debere obstare in priuilegijs pronuntiat: quod in præfata casu accidit, vt videri potest in Bulla Pij V. & Gregorij XIV. 5. apud Cherubinam Tomo 2. Videatur Bonacina supra, vbi se ad alium locum remittit, in quo id ex professo discutit.

A multis Pontificibus conuincimur.

Non obstante quod de negotio Tridentini per verba expressa non habetur.

Etiã illius non facta mentione, stare priuilegiũ posse, probabile iuxta plures.

Priuilegij speciale pro Iouis.

Prima circa illud difficultas.

di facultatem habentes &c. Quod si ita est, magnam profectò limitationem tale priuilegium habet, & neque in Peruuio, neque in Noua-Hispania, ac Prouincijs alijs suffragari poterit, in quibus fideles cum infidelibus non degunt, & Inquisitio adest, ac Episcopi, qui in ordine ad Altare viaticum priuilegio Canonico perfruuntur.

230 Sed hoc non debet amplitudinem priuilegij coercere: prædicta enim verba, quibus videatur arctari, non sunt ad Altaris concessionem referenda, sed ad id, quod immediatè sequitur, ad absolutionem scilicet à casibus in Bulla Cœnæ contentis, in quibus est specialis conuenientia ratio. Licet enim recepta doctrina sit clausulam positam in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio siue in medio, siue in fine, ad omnia in tali dispositione contenta referenda: id tantum est verum, quando omnium eadem est ratio, vt notat Menochius Lib. 4. de Præsumptionibus, Præsumptione 181. numer. 2. In casu autem nostro non esse eandem rationem aperte conuincitur: nam quod fideles inter infideles degant, non infert maiorem necessitatem Altaris portatilis, quandoquidem inter fideles nouiter conuersos maior potest occurrere, dum per pagos dispersi sunt, nec facillè semper possunt ad contubernia frequentiora reduci. Præterea. Cum limitatio ista alijs duabus sit adnexa, iuxta ea explicanda est, vt omnes illæ in ordine ad eundem effectum conuectantur. Quod tamen clarè apparet dici non posse: loquendo enim iam de secundâ limitatione, & prima in ordine, quod scilicet in regionibus dictis non sit Inquisitio: quis non videat minimè ad Altaris portatilis negotium pertinere: vsus enim illius nullum habet ad Inquisitionem respectum, neque ablatio Inquisitoribus est, sed Ordinarijs demandata. Alia autem de Episcopis huiusmodi facultatem non habentibus, nihil etiam ad propositum facit: quia etiam Episcopi facultatem habeant vtendi Altari portatili, eam tamen nequeunt alijs concedere, vt Decreti citati, vbi prohibitio, non concessio, eiusdem commissa reperitur. Et vt concedere in aliquo casu possint, generalis tamen facultas, qualis in Euangelicis operarijs occurrit, ad Episcopos non spectat; alijs superuacaneum esset illam à Sede Apostolicâ postulare. Nouiores autem Pontificum declarationes manifestè conuincunt facultatem talem minimè esse Episcopis, aut quibusvis alijs Papa inferioribus tribuendam. Stet ergo concessio dictam sine præfatis limitationibus ad regiones omnes Indicas, & remotissimas alias, de quibus loquuntur Pontifices, extendi debere.

231 Quia verò casus necessitatis exprimitur, circa illum non multum harendum, aut scrupulosius arbitrandum: qualis namque casus necessitatis à Pontifice requiratur, ab eodem est statim sufficienter expressum, dum subdit: Cum opus fuerit. Quoties ergo prudenter iudicatum fuerit opus esse Altaris vtu, id licebit. Vt autem circa hoc scrupulus omnis abiecedat, communis doctrina pariter adsciscenda, iuxta quam etiam sine priuilegio, accedente necessitate, potest in Altari viatico celebrari, vt videri potest apud Expositores

Fit illi satis, cum notanda doctrinâ.

Clausula quando ad omnia in dispositione contenta referatur.

Casus necessitatis qualis sufficiat.

Sine priuilegio quam

Auctores dicant ſufficientem.

D. Thomas

P. Suarez

Cardinal. Toletus

Antonius Mouré

P. Arriaga P. Sa.

Dominicus Sotus, cuius aſſertio defenditur.

Cap. Sicut non eſt contrarium. & de Miſſa ſolemnis procedens.

poſtores D. Thomæ 3. p. q. 83. art. 3. & licet in Cap. Sicut de Conſecratione, diſtinct. 1. dicatur neceſſitatem ſummam eſſe debere, illi tamen eſt per contrariam conſuetudinem derogatum, vt docet P. Vaſquez Tomo 3. in 3. p. diſp. 232. cap. ult. & S. Thomas ſuprà art. 1. ait, quod in itinere poſitus, ſi Eccleſia deſit, licite poteſt ſub dio, vel tentorio, in Altari portatili celebrare, id deducens ex Cap. Concedimus, de Conſecrat. diſtinct. citatâ. Quod P. Suarez ita intelligit Tomo 3. in 3. p. Diſp. 81. Sect. 2. §. Tertia exceptio, quando per plures dies itineris non occurrit locus aptus ad celebrandum. Cardinalis Toletus Lib. 2. Cap. 2. ait ſufficientem neceſſitatem eſſe, ſi dum fit iter, occurrat præceptum audiendi Miſſam. Mouré Parte 3. cap. 5. §. 10. n. 2. eum ſequitur, addens rationem communicandi aliquè in mortis articulo: quod vltimum admittit tatum P. Arriaga ſuprà n. 29. Sed cum addat Maximè alia videtur admitti iuxta P. Suar. P. Sa. verb. Miſſa n. 2. Sic loquitur poſt reſolutionem circa iter facientes: Extra neceſſitatè verò ſi fiat, & abſit contemptus & ſcandalum, non eſt mortale. Quod eſt Dominici Soti doctrinæ conforme in 4. diſt. 13. q. 2. art. 3. §. Circa hoc, vbi ſic ait: Immo verò vbi nullus fit contemptus, vel ſcandalum, vix arbitror poſſe contingere, quod ſcilicet graue peccatum fit. Quem tamen circa hoc impugnant plures, & præſertim P. Suarez ſuprà, dicens eum nimis exceſſiſſe videri, eò quod in Cap. Sicut citato ſumma neceſſitas exigatur, & materia grauis fit. Sed cum ipſe P. Sotus ſummam neceſſitatem non requiri cenſeat, vt ex eo vidimus, non poteſt ex prædicti Capitis deciſione vrgens fundamentum pro contemnendâ Soti ſententiâ deſumi. Neque ex materiæ grauitate argui item poteſt, ſtante derogatione, de qua diximus.

232 Et addi poteſt prædictum Caput, quod ex Epistolâ eſt S. Felicis IV. deſumptum, videri de Miſſa ſolemnis procedere, ſic enim ſubdit: Satis eſt ergo Miſſam non cantare, aut non audire, quam in locis, vbi fieri non oportet: & licet ſic concludat: In domibus autem ab Episcopis, ſive Presbyteris oblationes celebrari nullatenus licet. Vbi Gloſſa Euchariſtiæ oblationes exponit: id tamè non videtur ita certum, & vt certum ſit, alia eſt ratio de domibus priuatis, & de locis aliis, ob indecentias, que in illis poſſunt occurrere: & quia cum Sacrificium Miſſæ, etiam priuatæ, publicum ſit ex inſtitutione ſua, & Ecclæſiæ ritu, vnde in Canone ſic dicitur: Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cum de familia tua, &c. Vnde & memores, Domine, nos ſeruitui, ſed & plebs tua ſancta. & in fine dicitur, Ite miſſa eſt, pro dimiſſione populi. In Quadrageſimâ etiam feriabilibus Miſſis dicitur Oratio ſuper populum. Inde eſt locus publicum magis proportionatum eſſe, quam ſit domus priuata, etiam ſi talis locus non ſit ad ſacrarum functionum exercitium deſtinatus. Quod poſt hæc ſcripta inuenio à P. Arriaga ſic pronuntiatum ſuprà. num. 29. §. 1. Quæ quidem licet non ita dicta à me ſint vt probanda penitus veniant, vbi priuilegium non habetur: eo tamen extante, in ordine ad tollendos ſerupulos, dum de neceſſitatis gradu non ita apertè conſtat, coniungi omnia poſſunt, & ſic non pro ſola deuotione. Sed iuſto alio accedente titulo, extra Eccleſiam cum Altari portatili celebrare, de quo alia à nobis dicta Titulo 5. à n. 316.

Dubium incidens.

233 Non videtur illud hoc loco prætermittendum, an Episcopi poſſint Religioſos Cenſuris compellere vt Decretum Concilij circa vſum præſatum obſeruent. Negant plures, & fundamentum eſſe poteſt in primis pro Mendicantibus, & priuilegijs cum illis communicationem habentibus, quia ex Iure communi habent Altaris portatilis priuilegium, vt conſtat ex Cap. In his, de priuilegijs: quod non eſt à Concilio Tridentino reuocatum, cum P. Præpoſito Tom. 4. q. 83. art. 3. n. 151. & alijs affirmat Baſſæus Verb. Miſſa 4. n. 1. §. An autem ex eo quod Concilium non abroget priuilegia in Iure communi contenta, quæ pro Iure ipſo habentur, vnde opus erat de illis expreſſam fieri mentionem: iuxta commune Doctorem ſententiam, de qua Emmanuel Rodericus circa materiam præſentem Tom. 1. q. 9. regul. q. 43. art. 5. Item; quia cum Religioſi omnimodâ exemptione gaudeant, nequeunt Episcopi circa illos iuriſdictionem exercere, niſi in caſibus expreſſis, vt omnes admittunt. Quando item iuriſdictione conceditur, ſi ad ferendas Cenſuras non concedatur, id ſufficienter exprimendo, non debet conceſſa cenſeri, quia id valde odioſum eſt, & ita reſtringendum. Non concedi autem in prædicto Decreto, ex illius videtur tenore conſtare, ſic enim habet: Ipsi quoque datâ ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam vt Delegati Sedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuoluntè ſeruanda Cenſuris Eccleſiaſticis, aliſque pœnis, quæ eorum arbitrio Conſtituentur, fidelem populum compellant. Hęc Concilium, vbi fidelis quidem populi mēto facta, cum de cenſuris agit, nulla tamè Religioſorum. Circa illos ergo id tantum licet, quod fuerat præmiſſum: Nene patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, &c. Ad quod equidem Cenſuris vt poterunt, iubendo ſuis ſubditis ne id permittant, aut locum præſtent, ſiue Miſſis adſent, & ad ſummum alijs pœnis, de quibus Concilium loquitur, & in ſpeciali proponuntur à P. Thoma Sancio ſuprà. His accedit priuilegium Mendicantibus conceſſum ne excommunicari, ſuſpendi aut interdici poſſint, niſi id expreſſè Episcopis concedatur. Quod quidem agnoſcit Barboſa Alleg. 105. n. 13. & conſtat ex eorum Compendio, verb. Exemptio, n. 9. 23. & 24.

234 Contrarium autem plures Doctores tenent, quia poteſtas illa ordinarijs tamquam Apoſtolicæ Sedis Delegatis conceſſa propter Exemptos eſt; ad alios enim ſibi ſubditos coercendos ordinaria poteſtas ſufficiebat. Et ita ſpecialiter quoad hoc Religioſos eſſe ſubiectos affirmat P. Sancio ſuprà, & alij, quos citat P. Pellizarius Traç. 3. Cap. 6. num. 44.

Dico primò. Propter priuilegium in Iure contentum nequeunt Religioſi à iuriſdictione Ordinariortum eximi quoad Cenſuras. Sic præter citatos Emmanuel Rodericus ſuprà: qui licet aſſertat priuilegium dictum non eſſe abrogatum; ait tamen illud tantum licere, dum ab ordinarijs illius vſus non prohibetur, quod facere per Cenſuras poſſunt. In quo quidem non videtur verofimiliter philoſophari, ſicut neque Ioannes à Cruce eum ſecutus in Epitome de ſtatu Religioſi Lib. 2. Cap. 5. Dub. 7. Concluſ. 4. & nonnulli alij:

Episcopi Cenſuris vti contra Religioſos non poſſe in vſu Altaris, qui & qualiter probent.

Mendicantium priuilegium in Iure.

Concilij verba.

Contraria tenent, & quo fundam. memo.

Aſſertio 1. ex Iure priuilegio non eximi à cenſuris.

alij: quod & probabile cenſet Cardinalis Lugo Tomo 1. de Sacramentis, Diſputat. 20. numer. 51. Nam vel Concilium reuocat priuilegium, vel non. Si primum, nullo modo eſt vſus licitus. Si ſecundum, non poterunt ordinarij, non ſolum Cenſuris, ſed neque pœnis alijs ad obſeruantiam compellere. Quod autem ex parte reuocet, & abſolutè in ſuo relinquat robore, diſtinctio eſt, quæ in Textu nullum habet fundamentum. Sed probo jam abſolutam reuocationem. Nam Gregorius XIII. in ſpeciali Bullâ pro Societate circa vſum Altaris portatilis cõceſſa, ita declarat verbis illis: Vſu Altaris vtiuſque Societatis veſtræ à ſec. recordat. Paulo Papa III. conceſſum, deinde à Concilio Tridentino vniuerſè ſublaturum, &c. Quæ declaratio omnibus ſcriptorum ſubſtitutibus eſt robuſtior, vt eâ ſtante, nequeat circa poſitionem iſtam dubium aliquod ſuperſeſſe. Illius Data eſt Die 1. Octobr. An. 1579. Videatur Barboſa Alleg. 23. n. 4. qui diſtinctionem Emmanuelis allatam triuolam appellat.

Aſſertio 2. eximi ex priuilegijs alijs, quæ reſeruantur.

Nicolai IV.

Pauli III. non eſt ad rem.

235 Dico ſecundò. Ratione ſpecialis priuilegij, quo gaudent Mendicantes, & qui communicationem cum ipſis habent, iure ſe tueri poſſunt, vt nequeant in caſu, de quo loquimur, ab ordinarijs per Cenſuras obligari. Priuilegium eſt Nicolai IV. conceſſum Minoribus, vt nequam poſſint Cenſuris ligari, etiam hominis, niſi nominatim fiat eorum mentio, nec ſufficere ſi dicatur in ſententiâ generali vt p̄inde valeat acti eſſent nominatim expreſſi. Quod habetur in Ceremoniali, ſeu Pontificali, in Bibliothecâ Vaticanâ, vt fidem facit Compendium commune Societatis verb. Excommunicatio, §. 3. Adducit etiam P. Sancio ſuprà, priuilegium Pauli III. Societati conceſſum in Bullâ, quæ incipit, Licet debiturum, quod tamen non eſt ad rem, in eo enim tantum decernit Pontifex vt Societatis Religioſi nequeant contra ſua priuilegia à Prælatiſ per Cenſuras moleſtari: & ita Compendium noſtrum talis priuilegij nullam habuit rationem. Hęc autem de caſu agimus, pro quo priuilegium non habetur, vt ex præcedenti conſtat Aſſertione. Probari autem efficaciter poteſt: nam licet priuilegium celebrandi extra Eccleſiam à Concilio ſublaturum ſit, & ita eo ſe tueri Religioſi nequeant; aliud autem priuilegium, de quo nuper, ſublaturum non eſt; ex nullo enim Concilij verbo tale aliquid deduci poteſt: cum aliàs ſtare optimè queat, vt vnum priuilegium tollatur, perſeuerante alio. Et ita videtur ſentire Barboſa Allegat. 105. vbi à num. 14. caſus recenset, in quibus Regulares poſſunt ab ordinarijs per Cenſuras diſtringi, & inter eos, cum alios ex Tridentino congerat, præſentem non attingit.

Religioſi vt ſe gerere debeant, cum Episcopi pro ſe habeant probabilem opinionem.

236 Sed cum graues ſcriptores, & ex iis multi Religioſi, contrarium ſentiant, pro certo habendum eſt ordinarios eam praxim amplexuros: vnde licet Religioſi poſſint in foro interiori, ſeu ſecreto, quantum res hæc patitur, ſententiâ propoſitâ ſe tueri; non bene illi ſacient, ſi ordinarijs prohibentibus obſcurentur, & à Cenſuris ſe prorsus liberos fuiſſe contendant, eò quod nequeant illis innodari. Orta quandoque circa hoc iurgia moleſtiſſima, quibus potuit facile condeſcenſione præcurri: & vique ad conſeruatoris iudicis obſulminatam excommunicationem deuentum eſt creationem, non ſine ſcandalo poſſit. Theſauri Indici. Tom. II.

pulorum. Circa quod variè poteſt accidere controuerſia. Aut enim Religioſus prudenti priuilegij vſu Miſſam dixit: & tunc ordinarius aliter potuit iudicare. Tunc quidem audiendus ille, & legitimâ redditâ ratione, manifeſtum eſt non debere ad pœnam aliquam procedi, ſi iuriſdictione & Chriſtiane res eſt iſta tranſigenda. Vel manifeſtus fuit exceſſus, & excuſatio friuola: & neque in eo caſu vltèrius progrediendum; niſi ad intimationem ſpecialis prohibitionis. Conſilium enim nullam pœnam facto ipſo incurrendam ſtatuit; ſed ordinarios monet ne patiantur, & vt prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, & ad ea ſeruanda, quæ ſtatuerint, Cenſurarum impoſitione compellant. Aut poſt ſpecialem prohibitionem; quo euentu licet prohibenti, ſeruatis Iuris Regulis, citatione ſcilicet præmiſſâ, & loco deſenſionis conceſſo, quidquid in ſimilibus licere ſolet. Ne ergo ad huiusmodi deueniatur anguſtias, prohibenti parendum: quidquid enim aliter factum fuerit, à malo eſt, etiam ſi alicuius magni boni zelo coloretur. Numquam enim magna bona Deus alterationibus inſidicretis immiſceat, cuius ſpiritus nõ in turbine, ſed in ſilibio aure tenuis, tranquillo inquam ſpiramine perſentitur.

Diverſa circa hoc controuerſia generat, & quid circa illas vtrique.

De Priuilegio circa tempus dicendi Miſſam.

237 Circa hoc vidimus num. 229. quid per Indicium priuilegiũ habeatur: lic enim Pontifex: Eriam per horam ante lucem, vel etiam poſt meridiem in eiſdem regionibus, cum opus fuerit, celebrare. Pro quo & eſt Gregor. XIII. conceſſio, de qua in communi Compendio, ſic ſe habens: Poſſunt Presbyteri Societatis celebrare Miſſam per horam ante auroram, & iuxta horam poſt meridiem, vtrique, vel alicuius legitimi impedimenti cauſa, de licentiâ Prepoſiti Generalis, vel cuiuſlibet alterius ad id ab eo deputati. Sic ibi. Videtur ergo priuilegium Indicium nihil concedere à communi diuerſum; immò commune plus aliquid: nam Indicium, Per horam, inquit, poſt meridiem: Commune autem iuxta horam: vnde tranſactâ horâ poſt meridiem celebrari poteſt: cum tamen per Indicium intra illâ tantum celebratio concedatur. Nihilominus plus aliquid per Indicium licet, quatenus minorè cauſam ad celebrationem requirit, cum in eo dicatur: Cum opus fuerit: in alio autè legitimum impedimentum requiritur. Et ratio quæuis in Indijs ſufficit, cum tamen extra illas plus aliquid requiratur. Quod autem de horâ poſt meridiem dicitur, ſimiliter eſt accipiendum: quia non eſt credendum priuilegium Indicium minus aliquid conceſſiſſe: & etiam, quia quod de horâ ante auroram dicitur, ſic etiam eſt receptum, vt non intra illam Miſſa incipi debeat, ſed poſſit ante illam, dummodò intra eandem finiatur. Et eo modo poſſe etiam poſt meridiem dici, ita vt poſt horam terminetur, omnino tenendum eſt: ſic enim abſolutè verificatur poſt meridiem per horam dici. Et cum priuilegium fauorabile ſit, amplè interpretandũ venit, quadoquidè in nullis præiudiciũ cedit. Sed parum eſt illud. Inchoari Miſſa ante horam aurore proximâ poteſt, & etiam finiri. Quia iuxta commune ſententiam, quam poſt alios tenent Baſſæus verb. Miſſa 4. n. 6. P. Marti non Tomo 4. Diſp. 40. n. 15. P. Bauby Tomo 1. Traç. 10.

Priuilegiũ circa horâ ante lucem pro Miſſa celebranda &c.

Aliud Gregor. XIII.

Plus priuilegio quam do inchoari poſſit.

Sine priuilegio quam do inchoari poſſit.